0275-0283- SS Eutychianus [Euticianus] - Decreta ad omnes per Beticam Provinciam Episcopos

O93, f. 26va; N442, f. 58ra; V630, f. 60va; I83, f. 126vb; VD38, f. 120ra; SG670, p. 250b; P9629, f. 34v

INCIPIUNT[1] DECRETA EUTICIANI PAPAE.

Carissimis[2] fratribus Iohanni[3] et omnibus per Beticam provinciam constitutis episcopis Euticianus episcopus in domino salutem.

Hortatur[4] nos aequitas[5] postulationis[6] desiderio fraternitatis tuae gratanter[7] [8] annuere[9] et consultis tuis breviter respondere. Et quamvis dilectionem tuam sciam ad omne opus bonum esse devotam, ut tamen efficacior[10] [11] [12] fiat[13] illos, qui sane[14] non sapiunt, qualiter[15] eos de incarnatio<I83, f. 126va>ne salvatoris[16] nostri informare[17] [18] debeas, mandamus.
Unum igitur hoc immobile[19] fundamentum, una[20] haec felix fidei petra Petri ore[21] confessa: Tu es, inquit, Christus[22] filius dei vivi, tanta in se argumenta[23] sustinens[24] veritatis, quantae <SG670, p. 251a> perversitatis[25] quaestiones[26] et infi<N442, f. 58rb>delitatis calumniae[27] movebuntur. Iam in ceteris dispensatio voluntatis paternae sit[28]. <VD38, f. 120rb> Ergo[29] partus et corpus postque crux, mors, inferi salus nostra[30] est. Humani enim generis[31] causa dei filius natus ex virgine est[32] et spiritu sancto ipso sibi in hac[33] operatione famulante[34] et sua, dei videlicet, inumbrante virtute, corporis sibi initia consuevit[35] [36] et exordia[37] carnis[38] instituit[39] [40], ut homo factus ex virgine naturam in se carnis acciperet, per quam huius[41] admixtionis[42] [43] societatem[44] sanctificatum in eo universi[45] generis humani corpus exsisteret. Et quemadmodum[46] omnes ipse[47] per[48] id, quod corporeum se esse[49] voluit[50], conderentur[51], ita rursum[52] [53] in[54] omnes ipse per id, quod eius[55] est invisibile[56], referretur[57] [58]. Dei[59] igitur imago invisibilis[60] pudorem[61] humani exordii[62] non recusavit[63], <I83, f. 126vb> et per conceptionem, partum, vagitum[64] et cunas omnesque naturae[65] nostrae contume<V630, f. 60vb>lias[66] transcurrit[67]. Quid tandem[68] dignum a nobis tantae dignationis affectui[69] [70] rependetur[71] [72]? Inenarrabilis a[73] [74] deo ergo originis <SG670, p. 251b> unus unigenitus[75] deus in corporis humani formam sanctae virginis utero insertus[76] accrescit, qui[77] omnia continet, intra quem et per quem cuncta[78] sunt, humani partus lege profertur[79]. Ad cuius vocem archangeli atque[80] angeli[81] tremunt, caelum et terra[82] et omnia huius mundi resolvuntur[83] elementa, vagitus[84] infantiae auditur[85]. Qui invisibilis[86] et incom<VD38, f. 120va>praehensibilis est[87], non visu[88], sensu tactuque moderandus[89], cunis[90] est obvolutus. Haec, si quis indigna deo[91] recolit[92], tanto se maioris[93] [94] beneficii obnoxium[95] confitetur, quanto minus haec dei convenerunt[96] maiestati[97]. Non ille eguit[98] homo effici, per quem homo factus est, sed nos eguimus, ut deus caro fieret et habitaret in nobis, id[99] est, assumptione carnis unus interna[100] universae carnis[101] incoleret[102]. Humilitas eius nostra nobilitas est, contumelia[103] eius honor[104] noster est. Quod ille deus in carne consistens hoc nos vicissim[105] in deum ex carne renovati[106]. <I83, f. 127ra> Nec[107] [108] sic plane[109] vitam suam nescit, qui Christum Iesum ut verum deum, ita et verum hominem ignorat, et eiusdem periculi res[110] [111] est Iesum <SG670, p. 252a> Christum vel spiritum[112] deum[113] vel carnem[114] nostri corporis denegare[115]. Omnis[116] ergo[117], qui confitebitur me[118] coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo, qui est in caelis[119]. Qui autem negaverit me[120] coram hominibus, negabo et ego eum coram <N442, f. 58va> patre meo, qui est in caelis. Haec[121] verbum caro factum loquebatur et homo Iesus[122] Christus dominus maiestatis docebat, mediator ipse in[123] se[124] ad salutem ecclesiae constitutus[125], et ipso illo inter deum et ho<O93, f. 26vb>mines[126] mediatoris sacramento utrumque[127] unus exsistens, dum ipse ex[128] unitis in idipsum naturis[129], naturae[130] utriusque res eadem est, ita tamen[131], ut[132] neutro careret in utroque, ne forte deus esse homo nascendo desineret[133] [134] et homo[135] rursum deus manendo non esset. Haec[136] itaque humanae beatitudinis fides vera[137] est, deum et hominem <VD38, f. 120vb> praedicare, verbum et carnem confiteri neque deum nescire, quod homo sit[138], neque carnem ignorare, quod verbum sit[139]. Natus igitur unigenitus deus ex vir<I83, f. 127rb>gine homo et secundum plenitudinem temporum in se<P9629, f. 35r>metipso[140] profuturus[141] in deum hominem hunc per omnia evangelici sermo<SG670, p. 252b>nis modum tenuit[142], ut se dei filium credi doceret et hominis filium praedicaret et admoneret[143] loquens et[144] gerens[145] <V630, f. 61ra> universa[146], quae dei sunt, loquens et gerens[147] [148] [149] deinde deus universa, quae hominis sunt, ita tamen, ut[150] in ipso illo utriusque generis sermone[151] numquam nisi cum significatione et hominis[152] locutus et[153] dei sit[154].
Hinc[155] itaque fallendi[156] simplices atque ignorantes hereticis[157] occasio est, ut[158], quae ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum divinae[159] naturae[160] infirmitatem mentiantur. Et, quia unus atque[161] idem[162] est loquens[163] omnia, quae loquitur de semetipso, omnia eum[164] locutum[165] esse contendant[166]. Nec[167] sane negamus totum illum, qui[168] ei manet[169] naturae suae esse sermonem. Sed[170] si Iesus Christus et homo[171] et deus[172], et neque, cum homo sit, tum[173] primum deus, neque[174] tum[175], cum[176] et homo[177] et deus, tum non etiam et[178] deus, neque post[179] hominem in deo non totus homo, totus deus, unum atque idem neces<I83, f. 127va>se est dictorum[180] eius sacramentum[181] esse[182], quod[183] generis[184], et cum in eo secundum tempus <SG670, p. 253a> discernis[185] hominem a deo, dei[186] tunc atque hominis discernere[187] [188] sermonem, et cum deum[189] atque hominem in tempore confiteris, dei atque hominis[190] in tempore dicta diiudica[191]. Cum vero ex homine et deo rursum totius[192] hominis, totius[193] iam dei tempus intellegis, si[194] quid[195] illud[196] ad demonstrationem[197] temporis dictum est[198], tempori coaptato[199] [200], quae dicta sunt, ut, cum aliud sit ante hominem deus, aliud sit homo et deus, <VD38, f. 121ra> aliud sit post hominem

et deum[201], totus[202] homo et <N442, f. 58vb> totus deus, non confundas[203] temporibus et generibus dispensationis[204] sacramentum[205], cum pro qualitate generum ac naturarum[206] alium ei in sacramento hominis necesse est sermonem fuisse[207] non natum[208] [209], alium adhuc morituro, alium etiam aeterno[210].
Nostri igitur causa haec omnia Iesus Christus gerens[211] et corporis nostri homo natus secundum consuetudinem naturae nostrae locutus[212] est, non tamen omittens[213] [214] naturae suae[215] esse, quod deus est. Natum[216], et[217] si in partu et passio<I83, f. 127vb>ne et[218] morte naturae nostrae rem[219] [220] peregerit, res tamen ipsa[221] omnes virtute[222] [223] naturae suae gessit. Videsne ita deum <SG670, p. 253b> et hominem praedicari, ut mors homini, deo vero carnis excitatio[224] [225] deputetur? Non tamen, ut[226] alius sit, qui mortuus est, et alius sit[227], per quem mortuus resurgit. Spoliata enim carne Christus est mortuus et rursum Christum[228] a mortuis excitans idem[229] Christus[230] carnem[231] se exspolians[232]. Naturam dei in virtute resurrectionis intellege[233], dispensationem hominis in[234] morte agnosce[235]. Et cum sint[236] utraque[237] suis gesta naturis, unum tamen Christum Iesum[238] eum memento esse, qui utrumque est. <V630, f. 61rb> Haec igitur demonstranda a me paucis[239] [240] fuerunt, ut[241] utriusque naturae formam tractari in domino Iesu Christo meminissemus[242] [243], quia, qui manens[244] in forma dei formam servi suscepit, ipse[245] divinitatem[246] nequaquam[247] amisit[248].
Ceterum, fratres, hortamur vos, ut moneatis eos converti ad deum. Unde scriptum est: Fili, non tardes converti ad dominum[249] et[250] ne diffe<VD38, f. 121rb>ras[251] de die in diem. Subito enim veniet ira illius et in tempore vindictae disperdet te. Noli anxius[252] <I83, f. 128ra> esse in divitiis iniustis, nihil proderunt tibi in die obductionis[253] et vindictae. Non ventiles[254] te in omnem[255] ventum, et non eas in <SG670, p. 254a> omni via. Sic enim peccator probatur duplici[256] lingua. Esto firmus in via dei et in veritate sensus[257] tui[258] et scientia, et prosequatur[259] te verbum pacis et iustitiae. Esto mansuetus ad audiendum[260] verbum dei, ut intellegas et cum sapientia fer[261] responsum[262] verum[263]. Si est tibi intellectus[264], responde proximo, sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris[265] [266] in[267] verbo indisciplinato[268] [269] et confundaris. Honor et gloria in sermone sensati[270], <O93, f. 27ra> lingua imprudentis[271] subversio[272] illius[273]. Non appelleris susurro, et lingua tua capiaris et confundaris. Super furem enim est confusio et poenitentia[274], et denotatio[275] pessima super bilinguem[276] [277], susurratori[278] autem odium[279] et inimicitia et contu<N442, f. 59ra>melia. Iustifica pusillum[280] et magnum similiter[281]. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium[282] enim et contumeliam malus[283] hereditabit, et omnis peccator invidus[284] et bilinguis[285]. Non te extollas in cogitatione animae tuae velut taurus[286], ne for<I83, f. 128rb>te elidatur[287] virtus tua per stultitiam[288] et folia tua comedet[289] <SG670, p. 254b> et fructus tuos perdet[290], et relinqueris[291] velut lignum[292] aridum in heremo. Anima enim nequam[293] disperdit[294], qui se habet, et in gaudium inimici dat illum et deducit in sortem[295] impiorum.
Talibus vos exhortationibus[296], fratres, vicissim monetote[297] [298], et bona semper secta<VD38, f. 121va>mini malaque vitate[299]. Magnis enim studiis secundum beatum apostolum praecavendum[300] est, ne fides et disciplina[301] domini blasphemetur. Et si illa[302] nonnumquam sinenda[303] sunt, quae, si[304] ceterorum constet[305] integritas[306] [307], sola nocere non valeant[308], illa tamen sunt magnopere[309] [310] praecavenda, quae recipi[311] sine manifesta decoloratione[312] non possunt, ac[313] si[314] ea ipsa, quae nullo detrimento[315] [316] aliquotiens[317] indulgenda[318] creduntur[319], vel rerum temporumque co<V630, f. 61va>git intuitus vel acceleratae[320] provisionis[321] respectus[322] excusant[323], quanto magis illa nullatenus sunt mutilanda[324] [325], quae nec ulla necessitas nec ecclesiastica prorsus[326] extorquet utilitas?
Idcirco[327], fratres, ista praetulimus[328], ut hae[329] species, quas[330] non licet offerre super altare iuxta[331] con<I83, f. 128va> <SG670, p. 255a>stitutionem apostolorum <P9629, f. 35v> eorumque successorum ad domum sacerdotum deferantur[332], et[333] a sacerdotibus[334] benedicantur et per simplicem benedictionem benedicta demum[335] [336] a populis sumantur. Fabae[337] tantum et uvae et cetera, quae apostoli constituerunt, super[338] altare offerantur.
Optamus igitur, fratres carissimi, et totis omnipotentem[339] dominum[340] precibus exoramus, ut dilectionem vestram in amoris sui[341] constantiam faciat magis magisque fervescere, atque in pace ecclesiae in una vos concedat manere concordia.
Admonemus etiam fraternitatem vestram[342], ut in commissis[343] vobis animabus sollerter[344] invigiletis animarumque magis lucris <VD38, f. 121vb> quam commodis[345] vitae praesentis intendatis. In continendis[346] vero ac disponendis rebus ecclesiasticis diligentes custodes exsistatis, ut omni ex parte susceptum vos condigne[347] gessisse[348] pastoris officium venturus iudex, cum ad iudicandum venerit, debeat approbare.
Omnipotens autem deus sua vos protec<SG670, p. 255b>tione custodiat honoremque a deo[349] vobis collatum moribus servare concedat at<I83, f. 128vb>que <N442, f. 59rb> cum multiplici fructu animas vobis[350] commissas[351] ad pascua aeterna adducere sibique[352] condigne repraesentare adiuvet vosque inter sanctos et electos suos collocare dignetur.

Data pridie[353] Idus[354] April. Aureliano[355] et Marcello vv.[356] cc. conss.

O93, f. 27ra; N442, f. 59rb; V630, f. 61va; I83, f. 128vb; VD38, f. 121vb; SG670, p. 255a; P9629, f. 35v

1 *Überschrift*] EPISTOLA EUTICHIANI *SG670*
2 Carissimi *P9629;* CLARISSIMIS *I83*
3 iohanni *korr. aus* iohannes *V630*

4 *am Rande* lege caute *SG670*
5 *am Rande* Rectitudo *VD38*
6 *am Rande* Rogationis *VD38*
7 *am Rande* Letanter *VD38*
8 gratantur *VD38*
9 *am Rande* fovere asensum praebere *VD38*
10 *am Rande* perfectior *VD38*
11 efficacior *korr. aus* efficior *V630*
12 efficacior fiat illos *korr. aus* efficacior *SG670*
13 fiat] fiat ad *V630; P9629*
14 *am Rande* Recte *VD38*
15 *am Rande* De incarnatione salvatoris *V630*
16 salvatoris *korr. aus* salutaris *SG670*
17 *am Rande* Docere *VD38*
18 informari *O93; N442*
19 mirabile *V630*
20 humana *I83;* una] humana et *SG670*
21 ore] ore est *korr. aus* ore *SG670*
22 Christus *fehlt VD38*
23 *am Rande* probationes *VD38*
24 sustinent *VD38*
25 perversitatis *korr. aus* perversitas *P9629*
26 quaestionis *I83*
27 *am Rande* Molęstię *VD38*
28 scit *VD38*
29 Ego *I83;* ergo *korr. aus* ego *SG670*
30 nostra est *korr. aus* nostrę *SG670*
31 generis *korr. aus* generi *V630*
32 est *fehlt V630*
33 hic *VD38*
34 *am Rande* Serviente *VD38*
35 *am Rande* Conformavit *VD38*
36 consevit *V630; P9629; SG670*
37 *am Rande* primordia *VD38*
38 carni *I83*
39 *am Rande* Disposuit ordinavit *VD38*
40 instruxit *SG670;* instituit *korr. aus* intituit *P9629*
41 *interlinear* vel eius *SG670*
42 *am Rande* coniunctionis *VD38*
43 mixtionis *VD38;* admixtionis *korr. aus* amixtionis *SG670*
44 sotietate *VD38*
45 universis *VD38*
46 *am Rande* sicut *VD38*
47 ipse] in ipso *V630*
48 per id quod] qui *SG670*
49 esse voluit] ostendit *P9629; SG670*
50 voluit *fehlt I83*
51 condidere ut *korr. aus* conderentur *P9629;* condirentur *VD38;* condiderat *SG670*
52 rursus *VD38*
53 rursum in] rursum *korr. aus* rursum in *P9629*
54 in *fehlt SG670*
55 eius est *korr. aus* eius *SG670*
56 *am Rande* Divinitatis sacramentum *VD38*
57 *am Rande* Reduceretur Repraesentaretur *VD38*
58 reformaret *P9629; SG670*
59 Dum *SG670*
60 invisibilis *korr. aus* visibilis *SG670*
61 *am Rande* Confusio *VD38*
62 *am Rande* Inicii *VD38*
63 *am Rande* Respuit *VD38*

64 *am Rande* planctum *VD38*
65 natuturae *VD38*
66 *am Rande* obprobria *VD38*
67 *am Rande* Transivit sustinuit *VD38*
68 *am Rande* Ad extremum *VD38*
69 *am Rande* Caritati *VD38*
70 affectu *V630*
71 *am Rande* Retribueretur *VD38*
72 rependeretur *N442; VD38;* respondeatur *korr. aus* responderetur *SG670*
73 a *korr. aus* ad *P9629*
74 a deo ergo] ergo a deo *V630;* ergo a deo *korr. aus* ergo ad deo *P9629*
75 unigeniti *VD38*
76 *am Rande* Immixtus Immissus *VD38*
77 qui] Quia qui *korr. aus* Quia *SG670*
78 omnia *VD38*
79 *am Rande* producitur *VD38*
80 atque angeli *fehlt SG670*
81 angeli *fehlt I83*
82 terram *V630*
83 *am Rande* Corrumpuntur Reguntur
84 vagitu *SG670*
85 auditus *I83*
86 et] est *korr. aus* est non *SG670*
87 est non] est *korr. aus* est non *SG670*
88 visu *korr. aus* visus *SG670*
89 *am Rande* temperandus *VD38*
90 cunis *korr. aus* cunus *P9629;* cunis est *korr. aus* cui se *SG670*
91 *interlinear* scilicet fuisse *SG670*
92 *am Rande* cognoscit *VD38*
93 maiares *I83*
94 maioris beneficii] maiori beneficio *korr. aus* maiori beneficii *SG670*
95 *am Rande* Debitorem *VD38*
96 convenerit *V630;* convenerint *P9629; VD38*
97 maiestatis *I83;* maiestati *korr. aus* maiestatis *SG670*
98 indiguit *I83; SG670*
99 id est] Idem *V630; P9629*
100 internae *V630*
101 *interlinear* scilicet humane *SG670*
102 *am Rande* Inhabitaret *VD38*
103 *am Rande* Obprobrium *VD38*
104 horror *P9629*
105 vicissim] vicissim fuerit *korr. aus* vicissim *SG670*
106 revocati *SG670*
107 Ne *O93;* Nec *korr. aus* Ne *V630*
108 Nec sic] Nam is *korr. aus* Nec sic *P9629;* Nescit *N442;* Nam his *SG670*
109 *am Rande* Aperte *VD38*
110 res *fehlt SG670*
111 res est] respexit *P9629; I83; VD38*
112 spiritum] spiritum vel *SG670*
113 deum vel carnem] deum non credere vel carnem *korr. aus* deum vel carnem non credere *V630*
114 carnem nostri] carnem nostri non credere *korr. aus* carnem non credere nostri *V630*
115 denegare *korr. aus* denegaret *SG670*
116 Omnes *VD38*
117 enim *SG670*
118 me coram hominibus confitebor *fehlt N442*
119 celis. Qui autem negaverit me coram ominibus, negabo et ego eum coram patre meo, qui est in celis *korr. aus* celis *P9629*
120 me *fehlt I83*
121 Hęc *korr. aus* Nec *SG670*
122 Iesus Christus *korr aus* christus iesus *VD38*

123 in se] deus *SG670*
124 se] se deum *I83*
125 constitutus *korr. aus* constitutis *V630*
126 hominem *korr. aus* homines *P9629;* hominem *SG670*
127 utroque, *interlinear* vel a *SG670*
128 *interlinear* est *SG670*
129 naturi *O93; N442;* naturis *korr. aus* naturi *P9629*
130 naturae] naturae vero *I83; SG670*
131 tamen ut] tamen ne *korr. aus* tamen *SG670*
132 ut *fehlt I83; VD38*
133 *am Rande* cessaret *VD38*
134 desineret *korr. aus* sineret *V630; P9629*
135 bono *I83*
136 Hae *VD38*
137 vera *korr. aus* vestra *SG670*
138 scit *VD38;* sit *korr. aus* scit *SG670*
139 scit *VD38*
140 semepipso *P9629*
141 profuturus *korr. aus* profuturis *V630*
142 tenuit *korr. aus* tonuit *SG670*
143 admoneret] admonet et *VD38;* admoneret *korr. aus* amoneret *SG670*
144 et gerens] et deinde gerens deus *korr. aus* et gerens deinde deus *SG670*
145 gerens homo *korr. aus* gerens *630;* gerens] gerens deinde deus *I83; VD38 (*gerens *korr. aus* geres)
146 universa, quae dei sunt, loquens et gerens *fehlt P9629*
147 *am Rande* agens *VD38*
148 gerens *korr. aus* geres *VD38*
149 gerens deinde] deinde gerens *korr. aus* gerens deinde *SG670*
150 ut *fehlt I83; VD38; SG670*
151 sermonem *I83*
152 hominis] hominis est *korr. aus* hominis *SG670*
153 et dei *korr. aus* et et dei *SG670*
154 Si *SG670*
155 Hic *V630; VD38*
156 *am Rande* Decipiendi *VD38*
157 heretici *VD38*
158 et *I83;* ut *korr. aus* et *SG670*
159 divinae naturae] naturae divinę *VD38*
160 naturae] naturae divinae *O93; P9629; N442*
161 atque idem] idemque *korr. aus* idem *SG670*
162 *am Rande* Deus et homo *VD38*
163 loquens *korr. aus* loques *VD38*
164 eum] eum de divinitate *V630*
165 locutus *I83*
166 contendant *korr. aus* contendat *SG670*
167 ne *I83*
168 qui *korr. aus* quia *SG670*
169 emanat *korr. aus* manet *SG670*
170 *am Rande* Diabolus fecit eam sanctam epistolam vitio scriptoris depravari *SG670*
171 homo] homo est *korr. aus* homo *SG670*
172 deus, et neque, cum homo sit, tum primum deus, neque tum, cum et homo et deus *korr. aus* deus *P9629*
173 *am Rande* tunc *VD38*
174 neque tum] neque *korr. aus* neque tum *SG670*
175 tum *fehlt VD38*
176 cum *fehlt V630*
177 homo] homo sit *V630;* homo] homo sit *korr. aus* homo *SG670*
178 et *fehlt I83; VD38; SG670*
179 post *korr. aus* prae *SG670*
180 dicatur *V630*
181 sacramentum *korr. aus* sacramentum dicatur *V630*
182 esse *fehlt V630*

183 totius, *interlinear* scilicet divini et humani
184 *am Rande* vel totius generis *P9629*
185 *am Rande* Servares *VD38*
186 dei *korr. aus* deo *P9629*
187 discerne *SG670*
188 discernere sermonem, et cum deum atque hominem in tempore confiteris, dei atque hominis *fehlt VD38*
189 deus *I83*
190 homines *O93*
191 diudica] diiudica illud *VD38;* dividet *korr. aus* dividat *SG670*
192 totis *VD38*
193 totis *VD38*
194 *am Rande* si aliquid *VD38*
195 quod *SG670*
196 illud *fehlt VD38*
197 demonstrantionem *P9629*
198 esse *V630*
199 *am Rande* Coniuncto consotiato *VD38*
200 coapto *I83*
201 deus *korr. aus* deum *P9629;* deus *SG670*
202 toti *VD38*
203 *am Rande* misceas *VD38*
204 *am Rande* divine ordiantionis *VD38*
205 *am Rande* Misterium *VD38*
206 naturarum] natura rerum *I83;* naturarum *korr. aus* natura rerum *SG670*
207 fuisse *korr. aus* fuisset *SG670*
208 nato *V630;* natura *korr. aus* atu *P9629;* dato *VD38*
209 natum alium] naturalium *I83;* naturę alium *korr. aus* naturalium *SG670*
210 terno *VD38*
211 gens *O93;* gerens *korr. aus* gens *P9629; N442;* generes *VD38*
212 locuti *VD38*
213 *am Rande* praetermittens dimittens *CD38*
214 obmittens *P9629*
215 suę esse *korr. aus* suę *P9629*
216 Nam *V630; SG670;* natam *P9629; I83; VD38*
217 *am Rande* quamvis *VD38*
218 et] et in *SG670*
219 *am Rande* causam *VD38*
220 rem peregerit] semper egerit *SG670*
221 ipsas *V630;* ipse *VD38;* ipsa *fehlt SG670*
222 *am Rande* virtute divinitatis *VD38*
223 virtutes *P9629; I83; SG670*
224 *am Rande* Resuscitatio *VD38*
225 excitatio *korr. aus* exitatio *VD38*
226 ut *fehlt N442*
227 sit *fehlt SG670*
228 christus *VD38;* seipsum *korr. aus* christum *SG670*
229 idem] id est *P9629*
230 Christus] christus est *P9629*
231 carne *VD38; SG670*
232 exspolians] expoliata induit *VD38;* expoliat *korr. aus* expolians *SG670*
233 intellege *korr. aus* intellegere *P9629;* intelligere *I83*
234 in *fehlt P9629; N442; I83*
235 agnoscet *I83;* agnosce *korr. aus* agnoscit *SG670*
236 sint] si in *I83*
237 *am Rande* Mors et resurrectio *VD38*
238 Iesu *I83*
239 *am Rande* Breviter *VD38*
240 pacis *O93; P9629; N442; I83*
241 ut *fehlt P9629*
242 *am Rande* Recordaremur *VD38*

243 meminerimus *SG670*
244 manens *korr. aus* manes *P9629*
245 ipsam *VD38*
246 divinitatem *korr. aus* divinitatem suscepit *V630*
247 *am Rande* Nullo modo nullatenus *VD38*
248 *am Rande* perdidit *VD38*
249 deum *V630; P9629; VD38*
250 et ne *korr. aus* et *P9629*
251 *am Rande* Reus es rennuas spatium queras prolonges *VD38*
252 *am Rande* cupidus *VD38*
253 *am Rande* Adversitatis *VD38*
254 vintiles *P9629*
255 omni *VD38*
256 duplicia *O93; P9629; N442*
257 sensus *korr. aus* sesus *N442*
258 tui *korr. aus* sui *SG670*
259 persequatur *SG670*
260 audiendum *korr. aus* audiendium *SG670*
261 fer responsum] ferre non possum *O93; P9629* (*am Rande* RQ.)*; N442;* ferre non possis *I83;* ferre possis *SG670*
262 responsum *korr. aus* respsum *V630*
263 verum *fehlt V630*
264 *interlinear* mota pradicato res incautos *SG670*
265 *am Rande* Decipiaris *VD38*
266 caperiaris *P9629*
267 in *fehlt I83*
268 *am Rande* Indocto *VD38*
269 indisciplinato *korr. aus* indiciplinato *SG670*
270 sensati *korr. aus* insensati *V630*
271 imprudens *N442*
272 *am Rande* Destructio *VD38*
273 illis *VD38*
274 paenitentiam *VD38*
275 *am Rande* Repraehensio Diffamatio *VD38*
276 *am Rande* Habentem duplicem linguam *VD38*
277 bilinguae *P9629; I83*
278 Susurratori *korr. aus* Susurrari *VD38*
279 odicum *P9629*
280 *am Rande* parvum *VD38*
281 similiter *korr. aus* simiter *SG670*
282 Inproperium *korr. aus* Inproperio *P9629*
283 malis *I83*
284 invidus] invidus est *korr. aus* invidus *SG670*
285 bilinguis *korr. aus* biliguis *I83*
286 taurus *korr. aus* tauris *V630*
287 *am Rande* frangatur corrumpatur *VD38*
288 stultiam *P9629*
289 comedet et fructus tuos perdet] comedat et fructus tuos perdat *korr. aus* comedet et fructus tuos perdet *SG670*
290 perdat *N442;* perdat *korr. aus* perdet *SG670*
291 relinqueris *korr. aus* lelinqueris *P9629*
292 lignum *korr. aus* lingnum *P9629*
293 *am Rande* Mala *VD38*
294 disperdit] disperdet *P9629;* disperdit eum *korr. aus* disperdit *SG670*
295 sorte *I83*
296 exhortationibus *korr. aus* exortatiobus *SG670*
297 *am Rande* Docetote *VD38*
298 monete *SG670*
299 *am Rande* prohibete *VD38*
300 prevendum *I83*

301 *am Rande* disciplina *VD38*
302 *interlinear* scilicet bona facta vel dicta *SG670*
303 *am Rande* Dimittenda relinquenda *VD38; interlinear* id est omittenda *SG670*
304 sine *I83*
305 *am Rande* Maneat *VD38*
306 *am Rande* Perfectio *VD38*
307 integritas *korr. aus* ingretas *P9629*
308 valeant *korr. aus* oleant *P9629*
309 *am Rande* Magno studio *VD38*
310 magnopere *korr. aus* magopere *VD38*
311 praecipi, *interlinear* id est doceri *SG670*
312 *am Rande* Veritatis demonstratione et citatione *VD38*
313 *am Rande* veluti sicut *VD38*
314 *interlinear* id est sicut *SG670*
315 *am Rande* Deminutione *VD38*
316 detrimenta *V630*
317 *am Rande* Aliquando *VD38*
318 *am Rande* Relaxanda tribuenda *VD38; interlinear* id est concedenda fieri *SG670*
319 credentur *O93; P9629; I83;* creduntur] creduntur quo *SG670*
320 *am Rande* festinate *VD38*
321 *am Rande* diligentiae *VD38*
322 respextus *P9629*
323 excusat *V630;* excusat *korr. aus* excusant *SG670*
324 *am Rande* Detruncanda comprimenda *VD38; interlinear* id est omittenda *SG670*
325 mutilanda *korr.* aus multilanda *I83*
326 *interlinear* certe *VD38*
327 *am Rande* De speciebus quas non licet offerre super altare et quas licet *V630*
328 protulimus *SG670*
329 haec *P9629; I83;* hę *korr. aus* hęc *SG670*
330 quae *V630; P9629; VD38*
331 *am Rande* Mentio canonum apostolorum *N442*
332 *am Rande* deportentur *VD38*
333 et a *korr. aus* et *I83*
334 sacerdotibus *korr. aus* sacerditibus *N442*
335 *am Rande* postea *VD38*
336 demum *korr. aus* demum demum *SG670*
337 *am Rande* De favis et uvis *I83*
338 ad *SG670*
339 omnipotentem *korr. aus* omnipotentis *P9629*
340 deum *VD38*
341 sui *korr. aus* suis *SG670*
342 vestram *fehlt I83*
343 *am Rande* creditis commendatis *VD38*
344 *am Rande* Diligenter studiose *VD38*
345 *am Rande* utilitatibus lucris *VD38*
346 continentes *SG670*
347 *am Rande* Homorifice *VD38*
348 *am Rande* Implesse *VD38*
349 domino *SG670*
350 vobis *korr. aus* vobis vobis *V630*
351 commissis *P9629*
352 sibique] et sibi *korr. aus* sibi *SG670*
353 II *V630*
354 Idus *fehlt P9629*
355 aureliano *korr. aus* auleano *VD38*
356 vv. cc.] v. c. *SG670*